

1 Illustrissime, ac Reverendissime Domine. Vidi libentissime praefectum stabuli Illustrissimae D. Vestrae, et audivi omnia, quae mihi significare voluit, atque ad ea respondi simpliciter, et, ut opinor, vere. Obtuli quoque illi operam meam, ubicunque illi 5 utilis esse poterit. Amo enim ex corde Illustrissimam personam vestram, et omnia, quae ad illam pertinent: quoniam mihi certo persuasi, amari a Deo valde eandem personam vestram, et ab illa amari pariter valde tum ipsum Deum, tum ecclesiam eius. Opto Illustrissimae D.V. prosperum iter, et omnia bona. Romae die 16. Decembris. 1612

## 10 Epist. famil. XCVII.

Instructio Cardinalis Bellarmini ad Episcopum Bambergensem Matthiae Primi Caesaris Legatum ad Paulum V. Decembr. 1612.

De praecedentia Cardinalium ante Legatos Regum et Principum.

Cardinales S.R.Ecclesiae ab annis saltem 500 praecedunt omnes Legatos Imperatorum, et Regum, ut notum est ex multis legationibus Romanam missis. Unus solet obiici Burgens epus, qui venit Romam tempore Iulii 2<sup>i</sup> sed et illum videmus in Conc<sup>o</sup> Lateranensi sedisse cum aliis legatis principum, et nunquam in Cardinalibus, nisi postquam ip se quoque factus est Card<sup>lis</sup>.

20 Idem Card<sup>les</sup> saltem in Italia, praecedunt omnes Principes temporales, exceptis regibus, ut patet exemplo magni ducis Etruriae, et ducis Sabaudiae, qui est vicarius Imperii. Omnes enim isti cedunt dexteram Cardinalibus.

Idem Card<sup>les</sup> ab eodem tempore praecedunt Principes Ecclicos Germaniae, ut exempla docent Ernesti Epi fregensis fris Guillelmi Ducis Bavariae, qui fuit Romae tempore Gregorii XIII. et Archiepi Salisburgens. qui fuit Romae tempore Sicti V<sup>ti</sup> et filiorum Ducis Bavariae, Guillelmi, Philippi, Ferdinandi, qui fuerunt Romae tem-

## 1. tempore Clementis Octavi.

Accidit exemplum illustre Alberti archiducis Austrwiae, qui fuit ferrariae tempore Clementis VIII, et cum esset frater Imperatoris, et teneret locum Regis Philippi in desponsatione, et fuisset <sup>5</sup> Card<sup>lis</sup> et Archiep'us Toletanus; tamen post causam praecedentiae disputatam, cessit omnibus Cardinalibus dexteram, tum domi suae, tum in domibus (Card<sup>bus</sup>) quos ipse primus visitavit.

---

(alia redactio) Instructio ad Episcopum Bambergensem, Imperatoris Matthiae Legatum ad Paulum V. Romanum Pont. Max. Ann. 1612 (M X<sup>bri</sup>).

<sup>10</sup> .... ab annis saltem 400..... Burgensis epus.... et nunquam cum Cardinalibus..... Idem Card<sup>les</sup> saltem in Italia..... Hettruriae..... isti ubique cedunt..... frigesensis fratris Guglielmi..... Guglielmi, Philippi et Ferdinandi..... Clementis VIII. Accedit exemplum..... tum in domibus, Card<sup>bus</sup>

---

<sup>15</sup> (alia redactio) De praecedentia etc. (ut supra)

....ab annis saltem 400. .... Gurcensis Episcopus....

---

-Paris, Bibl. nat. Ms. Lat. 4244 B.

- Vallicell. K. 9 num. 30 fol. 20

- Arch. Vatic. Gesuit. 19 fol. 176. autogr.